SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Seite 32v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ut qto simplicior victus eo magis diligat/ et si delicora aliqui sumere oporteat nō in eis delectacionē sed solā necessariā refectionē requirat. Septima astinencia est ad virtutem castitatis/ que est sobrietatis filia et nutrix ab illa
Unde pro regula generali a bonis spiritualibus hactenus observatum est/ ut qui castus esse desiderat studeat sobrietati/ quia sine ea nō diu castitas est secura. Hec enim virtus castitatis corpus mundificat/ sicut vetustas luxuria infecit/ ita et si nō esset alia merces castitatis quam pure mundicia/ nec aliud luxurie simplicium nisi eius feditas castitatis honestas esset amplectenda et luxurie feditas horrenda. Item mentem liberam facit et expeditam/ quia talis castus nō habet sollicitudinem pro carnalibus amicis/ vxore per procreacionem filiorum aduocacionem/ nec heredum dilacionem/ sed solum deo servimus et per deo solus sollicitus est semper querens. Item gaudium letificat/ quia quod deo castus potest obsequium/ qui per ipso carnis dulcedinem/ immo amaritudinem respuit quam mundus per magno bono commutavit. Letificat vera quia deo placet et deo approximare facit et dei offensum cavet in delectacione carnali/ et premium celestem meruit/ et deum auctorem mundicie per castitatem imitando sequitur/ cum sit gla magna sequi deum qui nos precessit in mundicia castitatis/ virgo virginis filius virginum sponsus. Item tam hominibus quam angelis amabilem et spectabilem facit/ hominibus quia tam boni quam mali venerantur eum/ angelis/ quia tam nature omnes actual diligunt sunt sicut angeli familiares diligunt tales. Sic astendendo de virtute in virtutem ut in hoc mundo celitus exaltetur gaudia/ hereditat ihesus ipse nobis castitatis amator. Qui cum patre et spiritu sancto et c. // Pt. la. 3a. q. agitur de ascensione